



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta**

**Gallemart, Jean**

**Coloniæ Agrippinæ, 1621**

Capvt XII. Prædestinationis temerariam præsumptionem cauendam esse.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39157**

prehendatis. *a* Ego igitur sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi aërem verberans: sed castigo <sup>a 1. Cor. 5.</sup> corpus meum, & in seruitutem redigo; ne forte, cùm alijs prædicauerim, ipse reprobis efficiat. Item princeps Apostolorum Petrus: *b* Satagite, vt per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis. hęc enim facientes, non peccabitis aliquando. *c* Vnde constat, eos <sup>b 2. Pet. 1.</sup> <sup>c infr. Can. 15.</sup> orthodoxæ religionis doctrinæ aduersari, qui dicunt, iustum in omni bono opere saltem venialiter peccare, aut, quod intolerabilius est, pœnas æternas mereri: atque etiam eos, qui statuant in omnibus operibus iustos peccare, sine illis suam iplorum socordiam excitando, & sese ad currendum in stadio cohortando, cum hoc, vt in primis glorificetur Deus, mercedem quoque intuentur æternam: *d* cum scriptum sit: Inclinaui cor meum ad facien- <sup>d infr. Can.</sup> <sup>31. Psal. 110.</sup> das iustificationes tuas propter retributionem. & de Mo- se dicat <sup>e</sup> Apostolus, quod respiciebat in remuneratione. <sup>e</sup> Heb. 11.

C A P V T XII.

Prædestinationis temerariam præsumptionem ca-  
uendam esse.

**N**E MO quoque, quamdiu in hac mortalitate viuitur, <sup>Infra Can. 15.</sup> de arcano diuinæ prædestinationis mysterio vsque <sup>& 16. c. cora  
ripiantur. in  
fin. 24. q. 3.</sup> adeò præsumere debet, vt certò statuat se omnino esse in numero prædestinatorum *f*; quasi verum esset, quod iu- <sup>f Ezech. 11.  
Galat. 3.</sup> stificatus aut amplius peccare non possit, aut, si peccau-  
rit, certam sibi resipiscientiam promittere debeat. nam,  
nisi ex speciali reuelatione, sciri non potest, quos Deus si-  
bi elegerit.

C A P V T XIII.

De perseverantia munere.

<sup>g</sup> Matth. 16.  
<sup>h</sup> 24. c. sug-  
gestum. 7. q.  
<sup>i</sup>. & c. non  
reuerteran-  
tur de pan.  
<sup>j</sup> dist. 2. infra.  
<sup>k</sup> Can. 16. 17-22  
<sup>l</sup> Ez. 16. 33.

**S**IMILITER de perseverantia munere, de quo scri-  
ptum est: <sup>g</sup> Qui perseverauerit usque in finem <sup>h</sup> hic  
sal-